

Inzwischen wird das beste Theil erquicket/
Und nicht / wie vor / durchs Teuffels Lust bestricket.
O süßer Tausch! vor Angst / Gefahr / und Leid/
Umshleißt Mich Lust und wahre Sicherheit!

Also tröstete die hinterlassenen
Herzbetrübten

Johann Christoph Fleckensen.

Der seel. verstorbenen Frau Kärberin/
Rede an die Leid-tragenden.

Ich höret doch nur auff zuweinen und zu klagen:
Heißt eure Thränen. Ach / und laßet andre jagen:
Mir ist nun ewig wol! die Lebens-Uhr war aus:
Ich war hier nur ein Gast / und sehnte mich nach
Haus.

Wer wolt nicht fassen Trost / und äußern sich der Schmerzen/
Die mergeln ab den Leib / und pressen hart die Herzen/
Die quälen Tag und Nacht. Ein Christ hält Maas im Leid:
Dieweil er weiß / daß dort die Seigen finden Freud.
Bedenckt / was GOTT gewolt / das hat geschehen müssen.
Ihr aber sollet sein nach Schuldigkeit befließen
Zusehen ein Denckmahl / so keiner Zeiten Sturm
Aßhier verlegen kan: auch nicht der Neider · Wurm.

Dieses saßte zum Trost hinzu
ein

Christlicher Gemüths Freund.



PLAUSUS NISSIACUS
NOVIS HONORIBUS
VIRI

Nobiliss. Ampliss. Consultiss.

DOMINI
ELIÆ RICHTERI,
JCTI,

Reipubl. Gorl. haftenus PRÆTORIS
gravissimi, Gymnasiiq; CURATORIS
meritissimi,

HODIE

CONSULIS,

Calendis np. Septembr. A. O. R. c[irca] l[ocus] lxxxi.
primum designati,

Numeris Poëticis exornatus

à

Melchiore Beyero,
Gorl.



GORLICI, TYPIS HÆREDUM CHR. ZIPPERI.

444107

99

IT meritò Nissus tanto devotus Honori
Assurgit, positoq; fovet nova gaudia luctu:
Dum videt unanimi Patrum Tibi Publica vox
Deferri moderanda, Tibi dum Numine Divam
Agnoscat Patrie committi sceptrum regundæ,
O RICHTERE, Tua Decus indelebile Gentis,
Et Themidos pralustre Iubar, Sapientia Ocelle!
Ecce! videre mihi videor spumantia passim
Littora Nisiadum insolitis fervere choræis,
Quæ Pater ipse comes flavâ spatiatur arenâ,
Multaq; secum agitans tandem sic ora resolvit:

LUSATIIS regnator aquis ego fonte sub alto,
NISSUS, an assidue caput illatibile condam?
Rumpe moram, pietas mea, rumpe silentia: namq;
Hic, qui **GORLICII** vobis vicina per annos
Quingentos hodie pertentat mœnia plausus,
Nos quoq; gratanti plausum jubet edere lingvâ.
Nempe novum scandit **RICHTERUS** culmen Honoris,
Eligiturq; sua **CONSUL** sanctissimus Urbi.
Salve magna Deum Suboles & nobile Germen,
O RICHTERE salus ac spes optata Tuorum!
Non equidem primum Tua Virtus surgit in auras
Conspicuas hodie: dudum germana per Orbem
Enceladi Cœq; soror pernicibus alis
Te vehit, & dudum Tua sese terminat astris
Laus; sed crescit adhuc tamen, augeturq; per ævum.
Jam major longè rerum Tibi nascitur ordo:
Excelsos fascēs, opus immensumq; tuendum
Urbis habes: quæ, ne tristem quassata ruinam
Sentiat, ipsa Tuis humeris innixa recumbit.
Est onus hoc (fateor) gravius, quod suscipis, ipso
Enceladi busto: nec tot tantosq; labores
Amphitrioniadem, clavâ spoliisq; superbum,
Exantlasse reor, quantos haurire teneris,

Qui fasces, qui sceptrum geris, populumq; gubernas.
Tu tamen Imperium fortis cape, Gratia Cæli
Te non destituet, dabit hæc superare labores:
Pectore quos contra semper municior ibis.
Istud erit Virtutis opus, quæ fortiter omnes
Excipit insultus, tandemq; invicta triumphat:
Scilicet humanâ non tantum sorte locaris
Imperii ad clavum, divinâ sorte vocaris.
Et non immerito. Quis enim sit dignior isto,
Dicite Pierides? Etenim succrevit in umbris
Vestris, atq; tener Cyrrhæo traxit ab amne
Nectareos latices, & mellisfluentis acumen
Excoluit lingua, Syada cerebrando medullas.
Quicquid habet Sophie, cordis complectitur alto
Scriniolo, nulli pietate fideq; secundus.
Felicem populum, qui se submitit habenis
Spontè **VIRI!** Nusquam Legum inviolata potestas
Latius extulerit caput, aut Clementia vultus.
Hæc clavum moderante procul, procul Urbe recedet
Triste nefas: non crudelem Violentia frontem
Ostendet: dolus omnis erit procul inde remotus.
Plaudite Nisiades, ter jò resonate, Sorores:
Jam vobis pacata quies, & mille parantur
Delicia: fugit hinc scissâ Discordia pallâ.
Insidiæ fugiunt: nec te tropidabimus ultra
Omnigeni vitii sæcunda, Licentia, mater.
Tuq;, **O RICHTERE**, Urbis Amor, Lumenq; Senatûs,
Aggredere Imperium divino Numine fretus.
En! Tibi delati bona spondent omnia fasces:
Lata movet sese venienti Sella curulis,
Seq; Tua acclinat Virtuti: Curia faustos
Muneris accessus animoq; manuq; fideli
Gratatur: primum testantur ubiq; favorem
Cives, & sævo nunquam pulsantur ab hoste

Mania, nec tabida videant contagia pestis,
 Consule Te, votis conjunctis aethera pulsant.
 Dei rata vota DEUS! Tu verò tempora vita
 Inconcussa Tue, CONSUL, transmittes, perenni
 Fortune affluxus currat Tibi molliter ævum,
 Teq. ulnis foveat vita regina beatæ,
 Et semper roseis, HYGIEIA, spectet ocellis.
 Salvo iterum, atq. vale, Themidis divine Sacerdos!
 Sic ait, applaudunt Nympha, resonantq. per auras.
 Num quid ego super accumulem? Si labra rigassent
 Flumine Pierio Musa, jam plura sonarem.
 Qualiter ast levo progressus fortè viator
 Sidere, si rectò desisteret ad ævia calle,
 Nescius elabi dumis, densiq. salictis,
 Raucâ voce graves transmittit ad aethera quæstus:
 Hanc aliter vexabor ego, si currere coner
 Per laudes, VIR MAGNE, Tuas. Vos enthea Vatum
 Corcula, quævis fas est bifidi conscendere montis
 Culmina, Vos veteris fontes impellitis Cyrrha,
 Et dignum docto ore melos cantate, quod Echo
 Audiat, atq. ferat valli per climata Mundi:
 Non mihi, non tanta subsunt in carmina vires.
 Exiguum en. officium Tu, splendide CONSUL,
 Consule, quæso, boni: nec despice vota precesq.
 Nostras, quas ferimus gratantes: suscipe, quicquid
 Candida simplicitas tanto designat Honori.
 At vos aureolis RICHTERÛ stamina fusa
 Condite, & usq. novis annos cumulate Sorores.
 Quod precor, eveniat: Pylios eat ipse per annos,
 Et faciem ostendet maturâ ætate virentem
 Semper, nec senio corpus frangatur & ævo.
 Floreat ô, felixq. diu bona publica curet!

— 5) ✕ (6 —



1672 30.

IN CONSULATUM
 Nobilissimi, Amplissimi, nec non Consultissimi
 VIRI
 DOMINI
 ELIÆ RICHTERI,
 Patroni & Evergetæ, post DEUM,
 Optimi,
 qui illi in Consessu Senatus
 inclutæ Gorlicii
 Calend. Septemb.
 Sub anniversariam electionem
 offerebatur
 Anno à partu Virginis
 M. DC. LXXXI.
 Gratulatorium.



GORLICI, TYPIS HÆREDUM CHR. ZIPPERI.



444108

hh